


&uerbo eruditos intus reddidit.
foras linguas igneas ostendit.
Insignificatione igitur admota
sunt elementa ut ignem & sonitū
sentirent corpora: igne uero inuisibili, & uoce sine sonitu docerent
corda; Foras ergo fuit ignis qui
apparuit. sed intus qui scientiā
dedit; Dilocutio ad nos intrinsecus facta uidetur potius quam audiri. Quadum semet ipsam sine
mora sermonis insinuat. repentina luce nostre ignorantiae tenebras inlustrat; Cum pangelum
uoluntatem suam dns indicat.
Aliquando eam uerbis. Aliquando rebus demonstrat. Aliquando
simul uerbis & rebus. Aliquando
imaginibus cordis oculis ostensis.
Aliquando imaginibus & ante
corporeas oculos ad tempus exaere
sumptis. Aliquando caelestibus
substantiis. Aliquando terrenis.
Aliquando caelestibus simul & terrenis; Nonnumquam pangelum
dns humanis cordibus tal oquitur.
ut ipse quoque angelus mentis
obtutibus p̄sentetur; Uerbis ple-
rumque pangelum loquitur dns.
Cum nihil imagine ostenditur
sed supne uerba locutionis audiuntur. sicut dicente dño; pater
clarifica filium tuum ut & filius
tuus clarificet te; Protinus respondetur; Clarificaui & iterum clarificabo; Omnipotens dns qui sine
temporis uicissitudine & impulsione sempiterna mente cla
mat. Nequaquam intempestiua
substantiam illam uocem edidit.
Quam circumscribtam tempore
phumana uerba distinxit.
Sed nimirum de caelestibus loquens
uerba sua quae audire abhominib;
uoluit rationali creatura adminis
trante formauit; Aliquando rebus pangelos loquitur dns. cum nihil
uerbo dicitur. sed ea quae futura
sunt adsumpta de elementis imagine nuntiantur. sicut hezechiel uerba audiens electri speciem in medio ignis uidit. Ut uidelicet dum solam speciem aspicere & quae
essent innouissimis uentura sentire.
Aliquando pangelos uerbis simul
& rebus loquitur dns. cuquib; damnatis insinuat hoc quod sermonib;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0073